



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 7. Actum de Ecclesiasticorum officiis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

incipue ad veteris, & novi Testamenti Sæcul. XVI.  
 studium admonentur, necnon ad lectio- A.C. 1565.  
 nem Catechismi Romani, qui proxime e-  
 dendus esset: insuper iidem ad Triden-  
 tinæ Synodi, & Diæcesanarum Consti-  
 tutionum lectionem incitantur: injun-  
 gitur etiam Parochis, ut homelias ab  
 Episcopo selectas, necnon Theologicam  
 Divi Antonini summam, aliosque libros  
 ab Episcopo designatos, præter sancti Gre-  
 gorii Pastorale, & sancti Joannis Chry-  
 sostomi tractatum de Sacerdotio penes  
 se habeant.

§. VII.

*Actum de Ecclesiasticorum officiis.*

Postea sigillatim, atque exacte recen-  
 sebantur omnia Ecclesiasticorum  
 officia, ac præprimis illis præcipitur,  
 ut præter tonsuram, tonsamque cæsa-  
 riam deferant habitum clericalem suo  
 Ordini, ac dignitati congruum, atque  
 a mulierum consortio abstineant, imo  
 suas etiam affines a suis ædibus exclu-  
 dant, nec etiam arma deferant, aut  
 publicis ludis, & spectaculis intersint,  
 nec sese profanis implicent negotiis, sed  
 in suis beneficiis resideant: Episcopi  
 autem cujuslibet Parochiæ statum sibi  
 cognitum habeant, ibidemque Vicarios  
 constituent, qui ipsorum Diæceses se-  
 dule visitent: his præmissis agitur de

Sæcul XVI  
A.C. 1565.

eorum jurisdictione, de Notariis, Advocatis, ærarii Procuratoribus, Carceribus, & carcerum custodibus, necnon de iis, qui in ejusmodi carceribus detinentur: nec minus ibi pertractatur de iis, quæ concernunt Ecclesiæ Ministros, Divina Officia, Capituli Cantoris munus, necnon munia eorum, qui Dignitates, Personatus, & Canonicatus possident. Præscribuntur etiam ea, quæ respiciunt rituum Magistrum, Sacristam, Mansionarios, seu eos, qui cunctis horis Canonicis interesse tenentur: præterea exponuntur illa, quæ tangunt, Thesauri Præfectum, & Archivorum custodes, necnon eum, qui absentes adnotare tenebatur: monet etiam Synodus; ut Ordinum Minorum munia in usum deducantur, hinc agitur de Ostiario, Lectore, Exorcista, & Acolytha: dum autem articulatim de rebus ad Divinum officium pertinentibus differitur, mentio etiam fit de Musica, cantu, & tempore, quo ad Officium est conveniendum: insuper ordo præscribitur de ratione choro assistendi, & de tempore ab eo recedendi, vel Matutinum, aut Primam, Missamque solemnem celebrandi: nec minus etiam varia conduntur decreta de Ecclesiarum ornata, solemnibus supplicationibus, Episcopi exequiis, & sepultura, necnon

Sæcul. XVI.  
A C 1565.

non de Ecclesiæ bonorum conservatio-  
ne, & debito Ecclesiasticam jurisdic-  
tionem exercendi modo: denique huic  
parti anectitur materia de Sacramento  
Matrimonii, ibique postea præcipitur,  
ut vitæ licentiosæ mulieres a ceteris  
certo habitu distinguantur, ac digno-  
scentur: Histrones autem, & Mimi,  
necnon ludi a solo fortunæ arbitrio pen-  
dentes toto studio prohibebantur, nec-  
non sumptuosa convivia, ac immodicæ  
expensæ interdicebantur, & penitus  
usuræ vetabantur.

§. VIII.

*Synodi statuta pro Monialibus, &  
Nosocomiis.*

Tertia pars complectitur ea, quæ con-  
cernunt locorum piorum, veluti Noso-  
comiorum, Sodalitatum, domuum Lepro-  
forum, Hospitalium, aliorumque, e-  
tiam montium pietatis administrationem:  
ubi postea differitur de Monialibus, nec-  
non de earum numero in quolibet Mo-  
nasterio juxta redituum rationem sta-  
biliendo, de Abbatissis, & Superiori-  
bus, prout etiam de omnibus claustrum  
muneribus, scilicet de officio Magistræ  
Novitiarum, Oeconoma, Portaria, seu  
Rotaria: præterea eis præscribitur la-  
bor, cui vacare teneantur, nec minus  
mentio ibi fit de infirmarum cellis &c.

Bb 5

insu-